



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid sit fides Catholica. tit. 46

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

quæ Deus operatur & distribuit beneficia Christi. Sic est fides & sacramenta, per hæc enim apprehendimus Christi gratiam, dona Spiritus sancti, & obedientiam legis diuinæ retinemus. Roman. 8. Si secundum carnem vixeritis, &c. Nisi ergo habueris fidem, & simul cum fide poenitentiam, non eris particeps bonorum Christi & meriti sui: & nisi cum fide etiam habueris obedientiam & obseruantiam legis diuinæ, non retinebis, sed statim amittes acceptam gratiam. Ideo Apostoli non solum docuerunt fidem, sed etiam qualiter retineatur fidei efficacia, id est, ea quæ in baptismo gratis apprehenditur per iustitiam sequentem. i. Corint. 5. Christus pascha nostrum immolatus est, itaq; epulemini nunc in azymis synceritatis. Et 1. Petri 2. Peccata nostra portauit, vt iustitiæ viuamus. Hebræor. 9. Emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti, &c. iustitia ergo sequens fidem retinet.

Quarò, pessima igitur hæc est opinio, destruens omnem religiouem, honestatem & ordinem, scilicet solum credere, nihil aliud facere oportet. Sathanas illam inuexit in mundum: Credere oportet accedentem ad Deum. Hebræor. 11. Sed hoc credere, est obedire voluntati diuinæ. Summa, quoties hæc duo media separas, fidem, opera & poenitentiam, toties falsificas religionem & Christianismum, sicut multa media concatenata, fides, sacramenta, opera, cetera. Hæc omnia media sunt, per quæ Deus distribuit Christi beneficium: non sunt merita, & cæt.

QUID SIT FIDES

Catholica.

TITVLVS XXXXVI.



Tria sunt notanda. Primò, quid sit fides Catholica: Secundò, cur illa exigatur à Deo: Tertio, qui sint fructus & utilitates illius.

L I

Primò,

Primò, fides Catholica est communis & eadem & vniformis fides de redemptore nostro Christo, & vna Sacramentorum eius, & intellectu scripturæ, Eph. 4. Vna fides, vnum Baptisma, vna vocatio per verbum Dei. Fides igitur Catholica vel communis, est vniformiter credere cum Ecclesia omnes articulos fidei de Christo, & in nullo dissentire, sicut annulus totus suus oportet in omni parte, sine omni scissura.

Secundò, hanc vniformem fidem exigit Deus, ad conseruandam vnitatem & pacem inter Christianos, ne sint in illis schismata, 1. Corin. 1. Obsecro per nomen Domini nostri Iesu Christi &c. Secundò quòd nullibi scriptura dicit, quòd Deus velit vnumquemque in sua fide saluare. Ioan. 6. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Tertiò, quòd illa singularis fides non est vera fides de Christo, neque saluat, sed potius damnat. Sic credidit Arrius in Christum, sed negauit diuinitatem: eam Manichæus credidit, sed negauit humanitatem. Nouatianus credidit in Christum, sed negauit lapsus pœnitentiam propter Christum. Sic Vvigelef credidit in Christum, sed negauit eius præsentiam in Ecclesia. Sic rebaptizati negant Baptismum parvulorum &c. Sic omnes sectæ habent singularem fidem, aut de Christo, vel Sacramentis. Est igitur vera & indiuisibilis fides, Ephes. 4. quæ extenta est per totum orbem. Marc. vltim. Ite in vniuersum mundum &c. hæc stat in dilectione cum omnibus Christianis, & hanc exigit Deus, quam qui deserunt, habent exēplum Salomonis, qui recedens à fide, deperuatus est per mulieres &c. 3. Reg. 11. & occiduntur post adorationem vituli 23. millia, Exod. 32. recedentes ab vnitatem, Num. 16.

Tertiò, vtilitates & fructus huius fidei Catholice sunt: Prima, vera efficacia ad apprehendendam promissam gratiam & præmium propter Christum, vt Deus promittit remissionem peccatorum, gratiam Spiritus

tuffi
des
sent
sent
utili
ficia
tem
& fra
fert
Cath
Eccle
sed s
Fide
Si
Quic
lit la
nent
omne
Ideò
pus?
venit
Se
staria
cenic
licum
Omni
git &
tus vt
cator
A
h

tus sancti, & vitam credenti Catholico. Nam talis fides Catholica, est ornata dilectione, cum nullo dissentit, nullum odit. Fides autem sectaria cum alijs dissentit, & in odio pertinaciter defenditur. Ideo est inutilis & inefficax, ad apprehendendum Christi beneficia, 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem &c. non autem charitatem. & 1. Ioan. 4. Qui dicit, Diligo Deum & fratrem suum odit, mendax est. Plurimum ergo differt fides in Christum intra Ecclesiam, id est, unitatem Catholicam, ab ea quae est in Christum extra unitatem Ecclesiae. Primam habent Catholici, alteram sectarij: sed sola Catholica apprehendit gratiam, & retinet &c. Fides sine charitate nihil prodest.

Sic Augustinus libr. 1. contra Donatistas, capit. 12. Quicquid boni attulit Sacramenti sanctitas, illico tollit labes schismatis. Ideo fructus Sacramenti non manent in sectarijs, iuxta illud Matt. 18. Serue nequam, omne debitum &cæ. Est ergo medicina sine fructu. Ideo quid prodest habere sana membra & debile corpus? Hinc Augustinus Epist. 165. Si Angelus de caelo veniret &c.

Secunda utilitas, quia fides Catholica saluat, sectaria non, sicut nec Iudaica fides Iudaeum, aut Saracenicam Turcam saluat. Non ergo idem est, esse Catholicum fidelem in Christum, & esse sectarium. August. Omnis haereticus nominat Christum qualem sibi fingit &c. Vade ergo reconciliari fratri, Matt. 5. & reditus utilis erit, Fides ergo sectaria nec remissionem peccatorum, neque salutem capit.

AN ECCLESIA CATHOLICA
hactenus ignorarit, gratis & fide propter Christum solum, peccatorem iustificari.

